



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Iure iurando. Titvlvs IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

competenti in ea citatio emanavit, & ad partem citatam pervenit: vel per eam factum fuit, quod minus ad eus notitiam perveniret. Dum tamen in citatione prædicta talia sunt expressa, per qua plenè possit instrui, super quibus in judicio conveniuntur.

DE SEQUESTRATIONE POSSESSIONUM & FRUCTUUM.

TITVLVS VI.

CAP. I.

Si super beneficium contra ipsius possessorum, qui triennio non possedit in territorio vel possessorum una definitiva fertur in curia, etiam si nulla fore dicatur, ipsius beneficium sequestratio per loci ordinarii fieri debet: quam impediens, vel sequestrato fructus occupati, excommunicatus est: & si est de litigantibus, cadit à iure suo, & re-spectus pendentes. Ioan. And.

Idem a.

Ad compescendas litigantium malitas, definimus, ut una contra possessorum definitiva sententia super beneficium apud sedem Apostolicam, duntaxat in territorio vel possessorio promulgata, beneficium ipsum, etiam si dignitas, vel personam existat, & entram habeat animarum, & possesso & huiusmodi dum b tamen triennio pacifice ante, ab eo possessum non fuerit) per loci ordinarium, apud aliquam personam idoneam sequestretur, qui plenam de ipso & debitam cum gerens, id, quod de fructibus ipsius (debitis eiusdem supportatis oneribus) supertelle contigerit, illi restituatur, qui finaliter in causa victoriam obtinebit. Si quis autem sequestrationem huiusmodi impedit, vel fructus sequestratos quo modo præsumpti occupare, excommunicationis incurrit sententiam ipsi facto: à qua (nisi impedimento prius amoro, & occupatis per eum fructibus restitutis) nullatenus absolvatur. Et nihilominus, si de litigantibus fuerit, à jure (quod sibi in huiusmodi beneficio, vel ad ipsum forsitan comperebat eidem) hoc ipso se noverit cecidisse: Præmissis nedum circa futura, sed etiam circa per appellationem pendente negotia observandis. Non obstante si contra prefatam sententiam de nullitate forsitan opponatur.

DE PROBATIONIBVS.

TITVLVS VII.

CAP. I.

Verba literarum Apostolicarum, quibus Papa proprium fallit narrat, pleni probant, si super illa gratia vel intentio Papa fundatur. Ioan. And.

Clemens V. In Concilio Vienensi.

Litteris nostris, quibus nos dignitatem qualibet seu beneficia collatione nostra, vel sedi Apostolica reseverasse, aut resignationem beneficium alicuius receperisse, vel recipiendi potestarent, alii committisse, vel aliquem excommunicasse, seu suspendisse, seu aliquem capellanum nostrum vel familiarem fuisse, vel alia similia, super quibus gratia, vel intentio nostra fundatur, fecisse narramus, censemus super sic narratis fidem plenariam adhibendam. Volentes ad præterita & pendente (etiam per appellationem) negotia hoc extendi.

DE TESTIBVS.

TITVLVS VIII.

CAP. I.

Fer testes Christianos convinci possunt Iudei & Saraceni, non ob-

a. In uno manuscrito habetur. b. Vid. c. commissa. de eccl. in 6. met. Bart. & moderni in l. Celsus. ff. de usu cap. Fmt.

stantibus contraria privilegia Regum & Principum: quibus finantur, subtrahitur illa Christianorum commercium. Ioan. And.

Clemens V. in concilio Vienensi.

Cum Iudei quidam & Saraceni (sicut accepimus) quod super civilibus aut criminalibus: convinci per Christianos non possint, se privilegiis Regum & Principum tueantur (quia id nedum iuri contrarium, sed & Christiane religioni opprobiosum est quamplurimum & adversum) Reges eodem & Principes a in Domino exhortamur, ne concedant hujusmodi de extero privilegia, vel servent aut servare permittant etiam jam concessa. Quod si Iudei, aut Saraceni privilegiis talibus uti præsumperint, Christianorum communione eis subtrahatur, sic, quod Christiani ab eorum abstinere communione censura ecclesiastica (si opus fuerit) compellantur.

CAP. II.

Publicariis attestacionibus, testes produci non possunt (etiam in causa appellationis) super eisdem articulis vel directe contraria. Ioan. And.

Idem.

Testibus rite & receperis, & eorum attestacionibus: publicatis, sicut non licet super eisdem vel directe contrariis articulis alias vel eisdem testes in principali causa producere, si non debet in appellationis causa licere. Cum non minus in appellationibus, quam in principali causa subornatio sit timenda.

DE IVREIVRANDO.

TITVLVS IX.

CAP. I.

Iuramenta, que Romane ecclesia praefiant Romani Principes, fedelitatem existunt. Ioan. And.

Clemens V. in concilio Vienensi.

Romani Principes e., orthodoxe fidei profectores, sacrosanctam Romanam Ecclesiam, cuius capitulum est Christus Redemptor noster, ac Romanum Pontificem euidem Redemptoris vicarium, servore fidei, & claræ devotionis promptitudine venerantes, eidem Romano Pontifici, a quo approbationem personæ, ad imperialis celstirum apicem assumendæ, neonunctionem, consecrationem, & Imperii coronam accipiunt, sua submittente capita non reputarum indignum, sequi illi, & eidem ecclesie, qua à Græcis Imperium transfusili in Germanos, & à qua ad certos eorum Principes ius & potestas eligendi Regem in Imperatorem postmodum promovendum pervenit, adstringere vinculo juramenti, prout tam mos observationis antiquæ, temporibus novissimis renovatæ, quam forma juramenti huiusmodi sacris iniuncta canonibus manifestant. Duximus sanc inter quondam Henricum Imperatorem, tunc Romanorum Regem, & charissimum in Christo filium nostrum Robertum Sicilie Regem, gravi discordia sufficiata: Nos multisgrandibusque periculis, que exinde proventura verisimiliter timebantur, intendentis celeri & opportuno remedio obviare, quibusdam extratribus nostris sancti Rom. eccl. Cardi. existentibus tunc in urbe pro reformata pace, & solidanda concordia inter Reges eisdem literas nostras, sub certa forma duimus destinandas: inter alia inferentes in eis, quod cum ipsi Reges ejusdem ecclesia specialissimi filii, sibi iuramentum fidelitatis, & alijs multipliciter essent adstricti, ipsius ecclesie debent esse promptissimi defensores:

a. Qui debent Iudeos punire: vid. l. si quis in hoc genuso. C. de Episc. & cler. & gl. in ca. Iudei, ij. de Iud. Font. b. Vid. l. prim. 4. ad eum aduersi. ff. de adi. ed. & l. apud eum. 5. Imperator. ff. de manu. c. ab Imperatore.

lili s

Dicitis autem literis in notitiam dicti Henrici ad Imperium jam promoti sic deditus, idem Henricus ab eisdem cardinalibus requisitus, ut super contentis in illis suum propositum responderet: quasi moleste tulisset, quod de juramento fidelitatis hujusmodi, per eum praefito in dictis literis mentis habetur, non familiariter, nec secrete, ut tractanda pacis qualitas exigebat, sed multis tabellionibus accerbis & requisitis ab eo, quod de responsionibus suis conficerent publica instrumenta, inter cetera publice (praefente multitudine hominum copiola) respondit a, se non fore cuiquam ad juramentum fidelitatis adstrictum, & quod nunquam fecerit juramentum, propter quod foret ad juramentum fidelitatis alicui obligatus, & quod ipse nesciebat, quod antecessores sui Romani Imperatores unquam juramentum hujusmodi prestitissent, simulans se in memorem juramentorum, qua nobis ante coronationem suam praesliterat, & post coronationem etiam innovarat. Nos itaque attendentes, quod hujusmodi responso, si sub dissimulatione pertinat, vel silentio pallietur, posset in magnum & evidens praejudicium Rom. eccl. redundare, dignum admodum & opportunum fore perspicimus, ut de juramento hujusmodi constitutione praesenti aliqua breviter annexemus. Dictus namque H. quamprimum fuit in Regem Romanorum electus, sollempnes b ad nos nuncios definiavimus, per suas patentes literas plenum & speciale mandatum, exponendi nobis pro eo devotionem ipsius & reverentiam filialem, quam ad nos & Rom. eccl. sincero genere se dicebat affectu: nec non petendi & impetrandi a nobis favorem & gratiam conseruos: offerendi quoque nobis & praestandi proe., & in ipsis animam debite nobis & eidem eccliae fidelitatis, & cujuslibet alterius generis juramentum: ac nihilominus petendi a nobis per nostras sibi manus impendi unionem, conferationem, & Romani Imperii diadema. Praefatis itaque nuncis in nostra & fratribus nostrorum praesentia constitutis, ac secundum dictiensem mandati Avinione, ubi tunc eramus cum nostra curia residentes, in publico consistorio, in quo erat prælatorum, & aliorum, tam clericorum, quam laicorum non modica multitudo, premisis per eos coram nobis expositis supplicando, peritis humiliter, & oblatis: Nos eodem mandato & decreto electionis ejusdem H. ex parte principum tam ecclesiasticorum, quam secularium, qui eundem elegerant, nobis per dictos nuncios praesentis, plena cuius eiDEM fratribus deliberatione discussis, factaque nobis de electione hujusmodi concordi & legitima plena fide, examinata quoque persona ipsius H. pro ut absentia patiebatur ejusdem, & de ipsius fide, probitate, & aliis, qui in persona Imperatoris sunt merito requirenda, cum pluribus prælati, & aliis magna auctoritatibus viris, qui ejusdem H. motes, conditionem, & statum plenius noverant, in quinto, ejusque persona, cujus etiam nos & fratres nostri aliqualem notitiam prius habebamus, propter quod facilius transivimus in examinatione hujusmodi idonea reputata, ipsum nominavimus, denunciavimus, & declaravimus Regem Romanorum, ipsius approbatam personam, cumque sufficienter & habilem declarantes, ad suscipiendam imperialis celstitudinis dignitatem, ac decernentes unionem, conferationem, Imperiique Romani coronam sibi per manus nostras debere concedi. Et subsequenter a praefatis nuncis, sufficiens ad hoc ab eo (ut primitius) mandatum habentibus, secundum formam in decreto, qua incipit, Tibi Domino, comprehensam, fidelitatis receperimus juramentum. Postque idem H. con-

secratio & coronatio sine tempore aliud eadem cardinalibus, quos ad impendendum sibi hujusmodi confectionis & coronationis insignia mitteramus et urbem, illud nostro nomine recipientibus iuramento praefiti corporale, quod in libro Pontificis Rom. standardum Pontif. per Imperatorem coronationis tempore continetur, cuius tenor dicitur esse talis: In H. Romanorum Rex annuente domino futurus Imperator, promitto, spondeo & polliceor, aique jura omnia Deo, & beato Petro, me de cetero procedorem, prætoriem & defensionem fore summi Pontificis & ius sancte Romane Ecclesie, in omnibus necessariis & utilitatibus suis, custodiendo & conservando possessiones, honores, & iura eius, quantum divisa iudicium adiutorio fuerit, secundum licet & posse mea, ita & pura fide, sic me Deus adjuvet, & haec similia Evangelia. Ceterum, quin juramentum hujusmodi fidelitatis existant, à re tro Romani Principis non habentur hisstatum: inò tam quondam Albertus et Romanorum, iomediatius prædecessor memorat H. Ricci, Bonifacius Papa octavo prædecessor aucto tempore approbationis ejusdem Alberti, quam Rodolphus Pater ipsius, & alii prædecessor ejusdem Romanorum Reges diversi nostri præcessoribus iterum fidelitatis & obedientia praesliterunt. Idem Bonifacius, memoratum A. juramento hujusmodi ab eo recepto, de fratribus suorum confitio (præcepto patrum & aliorum multitudine copiola) auctoritate Apolobus recipit in speciem suum filium & dei filii membra, ipsiusque in Regem Romanorum afflantur, in Imperatore postmodum promovendum. Verum quis letat, H. qui in proximis diebus suis, de his locis trahit, non virtutem & mentem, sed nudum venorum infectans corticem, sensumque confundens, junctus & strigendo prædicta, curioso videbatur affectu (et prefetur) illa ad debitum fidelitatis hujusmodi ea extendi: novo modo curiositas hujus luculentis variis antidotari ipsius declarationis oraculo pontificis apponendum. Quia ergo capitulis sacramentis militaris contentis foliis meditatione penitus sparsa, pita in praefatis Imperatoris juramentis, quantum effectum, mentem, & virtutem ipsorum, non ei doce contineri: Nos premissis & alijs rationibus, ne quis Romanum assumpsit Principem, vel in posteris suis mandens, aut juramenta hujusmodi per dictum si Imperatorem præsilit, & per succedentes ipsius in successione præstata fidelitatis existant, in dubiis determinare audeat, vel super his contrarium sententia rematio: autoritate Apostolica de fratribus methus existere, & censeti debete. Ponit præteri Juramento prædicta, idem Henricus suorum intercessus præcessorum vestigis, proutquā ingrederebatur hujusmodi dictum iuraria exerceret, sub testimonio suum patrum literatum in manibus dicti filii Ioannis de Melianis c, scholastici eccliesi talentis, capellani nostri, ad hoc specialiter per nos missi, nostri & parochialis nomine recipiens promiss, & tacitum famulos Ecclesie Evangelis juramento firmavit, quod eandem de Ecclesiam & fidem catholicam pura fide totaque ratione conservare reverenter, & etiam defendere, omnemque heresim, schismam, & heterodoxos quilibet, fauorem, receptatores, & defensores ipsorum exterminare posse: ac nunquam cum Saraceno, pagano, schismatico, seu alio quolibet communione a catholicis fideli-

a Vid. Bart. in leg. scindens ff. de verbo, oblig. b Vide c. ad Apostolica, de re justa, lib. 6. 1. q. 1. c. effoz. & 46. distincti, nobilissimus. Font.

a Dicit procuratorem, deest in antiquis, ed. b Dicit prædicta, deest in antiquis, ed. c. ad Melianis. d. d. hac vid. l. non dubito ff. de capt. & latet. cap. primo, ad st. d. in ea, quod super huius de vo. Font.

non habente, aut cum aliquo alio praefata ecclesia inimico, vel rebelli, seu eidem manifeste fulpedito, unionem quamlibet seu parentelam aut confederationem initet, sed tam nostram, quam successorum nostrorum personas, honorem & statum manuteneret, defendet, & conservaret contra omnes homines cuiuscunq; existerent praezimentiis, dignitatis vel status. Eadem etiam & adiiciens iuramento, quod manuteneret semper atque servaret, privilegia omnia per praedecessores suos Reges ac Imperatores Romanos, praefatis Romanis, & aliis quibuslibet ecclesiis quoconque concessa tempore, & continentia cuiuscunq; ipsaque omnia, & specialiter ac praeceps per claras memorias Constantium, Carolum, Henricum, Ottoneum quartum, Federicum secundum, atque Rodolphum, praedecessores ipsius super concessione, recognitione, advocatione, annotatione, quittatione, & libera dimissione terrarum & provinciarum Romanarum ecclesie ubilibus postularum, quarum etiam multas nominis explicili, sed Apostolica Romana si Pontificibus super & quoconque tenore concessa recognovit, confirmavit, & ex certa scientia innovavit, ac etiam de novo concessit: & terras ipsas atque provincias recognovit ad ius & proprietatem ipsius ecclesie plenissime pertinere, easque nihilominus exabundanti de novo ecclesia laepatet donavit, sub praedicto se obligans iuramento, quod ipsa, aliquantum ipfatum partem nullo unquam tempore occuparet, seu (quantum in eo esset) ab alio permittet et occupari. Nec in eis, aut aliqua parte ipsa una jura aliqua, possessiones, aut tenuras habebet, seu quoniamlibet possideret, nec in eis etiam potestaria seu cuiusvis capitania, aut jurisdictionem quamunque per se, vel per alium exerceret, quodque (ut Princeps catholicus & capite dicta ecclesia ad vocatus atque defensor) ipsam juvaret, & consiliis, & auxiliis illi adficeret opportunis, contra quoscunq; inobedientes & rebelles eisdem: & praeceps contra occupantes seu turbantes terras praeditas seu provincias, vel parenti quamlibet earundem. Sub eodem etiam iuramento promisit, quod tam ipsam Romanam ecclesiam, quam alias ecclesias, libertatem ecclesiasticam, bona, iura, priuatas, & ministros ecclesiistarum ipsarum manuteneret, conservaret, atque defendeat, suo posse. Et quod ecclesia Romanorum vasallos contra justitiam nullatenus offendire, devotos ac fideles ecclesia etiam in Imperio constitutos benigno tractaret: nec eos opprimere contra justitiam, aut (quantum in eo esset) per alium opprimiti sustineret: sed in lito potius iuribus & iustitiis conservaret. Hoc quoque iuramentum & etiam pristinum pro eo nobis per Iosu Nuncios (ut primitur) praecepimus, et ipsius lux coronacionis insignis innovavit, prout in parentibus ante coronacionem ipsam, ejus regio magno sigillo, & aliis post coronacionem eandem, ejus imperiali aurea bullae munitis, inde concessis literis (quas in archivis Ro. eccl. reponi, & diligentem conservari fecimus) plenus continetur.

DE EXCEPTIONIBVS.

TITVLVS X.

CAP. L

Exceptio excommunicationis opponitur dilatoriis quandoconque, peremptorio non obstante. Ioan. And.

Clemens V. in concilio Vienensi.

Excommunicationis exceptio dilatoriis in quolibet parte litis opponi potest, termino peremptorio per judicem assignato, ad proponendum exceptionis declinatorias & dilatorias, non obstante:

a. Dilectio, etiam, dicti in antiquorib. codicibus. b. Al. sub.

Servata tamen constitutione felicis recordationis innocent. Pap. IV. edita circa hoc in concilio Lugdunensi.

DE SENTENTIA ET RE

judicata.

TITVLVS XL

CAP. L

Qui tres sententias contrarias in quaevi causa reportavit, de iliorum nullitate non agit, nec excepti ipsarum executione non fallit & reficit etiam pendente. Ioan. And.

Clemens V. in concilio Vienensi.

VT a calumniis litigantium occurritur, is, qui in beneficii vel alii quavis causa tres contra se in petitorio vel possessorio sententias reportavit, ad agendum de nullitate ipsarum, vel alicuius ex eis nullatenus admittatur, donec hujusmodi sententiae plenarie fuerint executioni mandatae. Similiter sille, contra quem tres sententiae definitiva late fuerint, ab interlocutoria vel gravamine ante prolationem ipsarum vel earum alicuius se appellasse, & causam appellationis hujusmodi adhuc pendere proponat: sententiarum praedictarum executionem tali praetextu nolumus impediti. Quia de causas qualicunque etiam per applicationem pendentes duximus extenda.

CAP. II.

Sententia late contra statum extra citantis territorium existente, nulla est ipsa iure. b. d. Ioan. And.

Idem.

PAstorialis cura solicitudinis nobis divinitus super cunctas Christiani populi nationes injuncta, nos invigilare remedis subiectorum, eorundem periculis obviare & scandala renovere compellit. Sanè cum jamdudum inter quondam Henricum Imperatorem Romanum, & charismatum in Christo Filium nostrum Robertum Sicilie Regem gravis fuisset materia turbationis exorta, afferente deinde Imperatore praedicto, quod cum quibusdam ipsius subditis Rex confederationes & conspirationes fecerat in ipsius maiestatis offensam: Quodque traclaverat & ordinaverat, ut civitates quendam sub Imperii & Imperatoris ejusdem obedientia constarentes, contra eum, & Imperium rebellarent, gentesque suis ipsius multa subdidio, nonnullas alias Imperii civitates & castra (inde violenter ecclesie ipsius Imperatoris officiis) occuparunt, & pro ipso Rege occuparentur: Ac alias etiam in urbe & alibi in imperio, & in Imperatoris ejusdem contemptum, & lux maiestatis injuriam, & reipublica detrimentum multa gravia fuerunt & per Regem eundem, ac malitiam & instigationem ipsius tam a suis stipendiariis, quam a subditiis Imperatoris commissa.

Præhabitis per Imperatorem eundem quibusdam processibus contra eum, absensem tamen, quamvis legitime (juxta Imperatoris assertiōnē) citatum, ac quod supradicta erant notaria, per imperiale interlocutorium declarat Imperator ipse, Regem affirmans propter præmissa lex maiestatis criminis reum esse, in eum peremptoriū ut dixi & sufficienter citatum, sed comparere contumaciter recusante, tanquam rebellum, proditorum & hostem Imperii, ac reum criminis supradicti, privations omnium dignitatum, quoconq; comprehensarū titulo, & quib; se intrinsecus Rex ipse, auctoritatem quoq; honorum, provincialium, terrarum, bonorum, iuriū & jurisdictionum, tam perpetuorū, quam temporalium, & si quando veniret in suam & Imperiorum, mutilationis e.

a. De intellectu vide Olardum consil. 106. incip. quod litera executoria. b. Al. fuerant. c. Vide l. rei capitulo. ff. de pena & leg. transfig. C. de transf. cum leg. criminali. C. de juris. omnium jud. arg. l. i. C. ne Christia. man. & Fel. in c. ex laura. xx de confit.